

17

tum erit corpus temperie phlegmaticâ, tempus anni erit humidum & pluviosum, viðtus præcessit pituitam generans; dolor non est admodum intensus, quia hic humor latus est & frigidus, color faciei pallidus est & albus, sapor insipidus, vel interdum quoque salsus, febris aut nulla adest, aut lenta, patiens non nisi vi spiritum haurit, ac stertit, faucesque salivâ viscidâ implentur.

§. 11. *Melancholie si natalitia sua vendicat malum hoc,* quod tamen raro contingit, tunc notæ hujus humoris in corpore erunt conspicuæ, temperies nimirum dominabitur frigida & sicca, color faciei nigricabit, saporem ægri percipient acidum, doloremque sentient stupidorem.

§. 12. Si causæ externæ ansam malo præbuerint, id ex relatione ægri, vel astantium patebit.

§. 13. *SIGNA SUPERVENTIENTIA* sunt *Febris continua,* quæ anginæ veræ & exquisitæ comes assidua. Febris hæc sequitur naturam humoris peccantis, modò tertio die, modò quarto, modò singulis vespertinis exacerbatur. *Dolor fauces & collum occupat,* quem infert partium gutturem & fauces constituentium solutio. *Tumor adest & rubedo lingue,* quia & illa ob viciniam inflammationem sentit.

§. 14. *Pulsum anginosorum ita delineat Galenus(h)* Anginæ(h) lib. 4. de pulsus tensione quadam præeditus est, & convulsivo persimilis. Magnus caus. pulsum est & undosus, ut pulsus peripneumonicorum. Quicunque autem ve- cap. 20. bementer ex illis suffocantur, parvum hi habent & rarum pulsum: ubi jam animam agunt, crebrum ac inaequalem.

CAPUT VIII.

ROGNOSTICA alia morbi eventum, alia modum eventus concernunt. Quæ morbi eventum, sunt signa salutis & mortis, longitudinis & brevitatis: Quæ modum eventus, sunt triplicia: nam materia aut 1. resolvitur, aut 2. suppuratur, aut 3. transponitur.

C

§. I. In